



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 62. Gravia a Mauritio ditione capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. tanti Ostendæ subsidium afferret. Con-
A.C. 1602. perto hoc Mauritii consilio Albertu-
 nulla mora Mendozæ Arragonensi Architalasso præcipit, ut hosti Mosam mo-
 transituro sese opponeret, ac cum suis
 copiis itinere Tilæmontem versus facit.
 Friderici Spinulæ, qui ex Italia cum
 octies mille & quadringentis Namus
 cum venerat, sese conjungeret. A
 jussa igitur in campo dimidia leuca Tha-
 nis remoto castra metantur Catholicis
 hostis adventum præstolaturi: attamen
 Mauritius mutato consilio ad Sancti
 Trudonis Oppidum trium horarum spaci-
 tio Thenis dissitum castra ponit, inde
 vero Archithalassum per fecialem ac
 prælium provocat, qui respondit, „ju-
 „sum se regioni huic præsidio esse, non
 „prælio decertare: proin si castra su-
 „oppugnatum veniret, prælii copiam
 „fore,“ hoc responso territus Mauri-
 tius, cum hostem expectatione sua va-
 lidiores cerneret, vim repellere tutius
 fore, quam inferre censebat, quo circa
 die octavo Julii flumine tribus pontibus
 juncto instruetam aciem toto die tenuit.
 atque aliquot diebus nulla re gesta con-
 sumptis exercitum reduxit.

§. LXII.
Gravia a Mauritio deditio capta

Aliquamdiu Mauritus, ut hostem fal- Sæc. XVII.
A.C. 1602.
leret, & aliorum distraheret, va-
rias simulabat obsidiones, tandem ve-
ro occupata Helmondana arce, propug-
naculum, quod *perditi sumptus* nomen ha-
bet, cis Mosam nullo ferme negotio ce-
pit, & die vigesima Julii prope Graviam
castra posuit. Præerat oppido Antonius
Gonzalius Avila Hispanus bellicæ artis
expertissimus. Præfidiariis utebatur non-
nisi mille quingentis, quos tamen au-
tum iri sperabat ab Archiducis copiis
non ita longe intervallo remotis: nec
sua eum fefellit opinio; Albertus enim
accepto obsidendæ urbis nuntio confe-
stim Mendozæ præcepit, ut cum suo
exercitu quantocius obfessis auxilium
ferret: Is vero, cum pro fabricando
ponte, parandisque aliis necessariis diu-
tius in Ducatu Cliviensi substitisset, ac
nomisi decima Augusti die haud pro-
cul a Mauritii munitionibus castra po-
suisset, tum primum intellexit, quod
serius quam oportebat, subsidia adve-
xerit, eoquod hostis hac mora oppor-
tune usus validissimis suis vallis om-
nem urbis accessum interclusisset. Præ-
terea Joannes Thomas Spina, qui per-
ruptis juxta Ravensteinum munitioni-
bus auxiliares copias in oppidum im-
mittere tentabat, pluviis, noctisque
tenebris præpeditus, re infecta reverti

Carnerus
lib. 15. c. 5.
Bentivol. l. 7.

Hist. Eccles. Tom. LIII. L co-

Sæc. XVII. cogeatur. Igitur Mendoza immittend
A.C. 1602. subsidii spe dejectus castra movere con-
 stituit, præmissisque impedimentis clau-
 noctis beneficio incolumem reduxit exer-
 citum, omni spe solvendæ obsidionis
 destitutus. Nec tamen propterea ob-
 sessos animus constantiaque deseruit
 quippe frequentes validasque faciebant
 in hostem irruptiones, æquato tamen
 utrinque decore ac dispendio: tandem
 vero obfessorum numero valde diminu-
 to, cunctisque propugnaculis præta-
 unicam loricam eversis ad extremum
 se ultro dedere constituunt, ac die de-
 cima nona Septembris arce, & bidu-
 post ipso oppido excedunt. Pacta au-
 tem deditioñis hæc erant: I. Omnia
 ante actorum oblivio sit. II. Præsto
 fidei Sacramento Mauritius omnes tam
 Clericos quam Laicos in tutellam fu-
 scipiat, cunctisque civibus sua privi-
 legia sarta tueatur. III. Omnibus Co-
 tholicam Religionem profitendi libertas
 asseratur, assignato eisdem uno Tem-
 plo IV. Religiosis in suis Monasteriis
 permanere, suisque bonis frui integrum
 sit, qui vero emigrare voluerint, id eis
 intra proximum triennium liceat. V.
 Præsidiariis non arma tantum & ve-
 xilla, sed omnia etiam sua efferre om-
 nibus permittatur.

§. LXIII.